

erexit, ei loco proximam (illustri hypotipoli pingit Virgil. d. à v. 225. & Ovid. 9. Me- tanor. fab. 3.) Cacus autem secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ha- bet, hunc fuisse Evandri nequissimum servum ac furem. Cacus enim Græcè Malus. Scala autem ad ipsam speluncam fuisse fabulantur. Hercules nihilominus expugnavit, bobesque recep- pit, & aram Jovi Inventori construxit. Virgil. ibid. v. 262.

Virgil.

Panditur exemplis foribus domus ara revulsi, Abstractæque boves, abjuratæque rapina Cælo ostenduntur.

11 Fusè historiam sive fabulam refert Dionys. Halicarnas. lib. 1. n. 18. cujus my- thologiam exponit Jovianus Pontan. lib. 7. de Rebus cælestib. & Physiologiam inter- pres Hesiodi in Hercul. scuro. Natal. Com- ments in 11. Metamorph. Ovid. & in Mytho- log. lib. 7. cap. 1. Fulgentius Placiad. lib. 2. n. 7. ac Albricus, de Deor. imagin. n. 22. Dormiente Hercule (insit Dionysius) paucas aliquot boves in propinquam speluncam, ubi de- gebat, abdidit. Hercules paulo post somno exci- tus, cum non invenisset, speluncam adijt. Ca- co autem stante pro foribus, & cum rogaretur, negante se vidisse, nec tamen inquisitionem per- mittente; confuso Herculi & inopi consilij, tan- dem venit in mentem; reliquas boves ad spe- luncam agere: quarum vocem, consuetumque odo- rem ubi senserunt inclusa, furtum prodiderunt mugitu reddito. At Cacus in maleficio deprehen- sus, decrevit uti viribus, simulque pastores suos convocat: tum Hercules vociferantem clava pro- sternit, eductisque bobus (quoniam videbat locum aptum latronibus in receptaculum) speluncam baculo diruit. Cumque eadem expiasset aqua flu- minis; in proximo aram Jovi Inventori posuit, que est Roma prope portam Trigemina, & ob inventas boves, Deo juvenum unum sacrificat. Hæc sacra etiam atate mea Romani Græco ritu faciunt, quemadmodum ab illo instituta sunt. Postea cognitus filius Jovis: & ex ora- culo Evander ei extruxit aram, captans gratiam; quod primus Herculem, cum adhuc viveret, divinis cumulasset hono- ribus. Extunc enim dicta Ara maxima, ab Hercule iterato convivio, ac instituto fe- sto; ut diximus d. 8. à n. 17.

Quis Pyr- rhiæ?

12 Boves Hercules abduxit in Ar- gos, qui ejus apothecosi dissipati fuere, ac simul venundati, ex quibus unum, pre- tio dato, habuit Ithacæsi Pyrrhiæ; cu- jus propositum in Græc. 99. 34. refert Plu- tarchus. Quis fuit (ait) qui bovem benefacto- ri immolavit? Navis prædatoria erat apud

Ithacæsiam in statione; in qua erat senex cum amphoris picem continentibus. In eam fortè intentus erat portitor Ithacæsius Pyrrhiæ nomine, qui senem liberavit à Pyrrhiæ, precibus ejus & misericordiâ ad- ductus; quia illius cum nihil interesset, seni in clafico favit, & amphoras custo- divit: itaque accepit præmium, instante sene; cujus mers intra ventrem ampho- rarum. Postquam prædones abcesserunt, securus jam senex adduxit Pyrrhiæ ad amphoras, in quibus magnam auri & ar- genti in picem conjecti vim esse demon- stravit. Factus igitur qui pauper, pecu- niosus; tum aliam curam habuit senis, cum bovem ei quasi Numini immolavit. Ea res in proverbium cessit (subdit Plutarch.) Bovem benefactori nisi Pyrrhiæ immolavit nemo.

Aurum in picem.

13 Eodem die sacra Esculapio & Hy- gia. Masur. Albin. Memorabil. Hoc festum bis celebrabatur cum Hygia filia sive Vale- tudine; quod totum sumptum à Græcis, ex quo Romam adductus serpens tan- quam Esculapij signum, de quo actum, 1. Januar. à n. 13. Ideoque juncta ejus imagini bonæ Valetudinis simulacrum; ut diximus ibid. n. 15. & 4. n. 8. Indicat Pau- sanias, cap. 65. ubi: Esculapio in throno sedenti assidet bona Valetudo: cujus imaginem nullus videre quibat præter sacrificulos, queis fas aspiciere. Signi Esculapij sola se facies, ma- nus & imi pedes ostendunt: partes cætera la- nea tunica albâ & pallio velantur. Eodem fer- mē & habitu est Hygia signum: nam & hoc non facile conspicias: velatum enim undecumque est partim comis, quas Deæ mulieres detonderunt; partim verd Babylonica vestis lacinijs. Qua verd cumque re litare quis voluerit; eadem traditum est, illud etiam Numen placari, cui Hygia no- men. Valetudinem bonam nos appellamus. Idem cap. 54. & 48. A demone per miracula ficta commendabantur Deastrorum veneratio- nes. Esculapij sanum jam nihil est præter rude- ra: illud olim erexit Phalyfius ex oculis laborans ferè usque ad cacitatem; qui ad Esculapium miste poetriam cum tabulis obfignatis. Eas per visum in quiete mulier sibi accipere visa fuerat; & vero eventu res est comprobata: nam cum vigilasset, tenuit in manibus obfignatas litteras. Naupactum igitur cum appulisset; amoto signo jubet Pha- lysium tabulas perlegere, aspiciere quas non poterat, qui oculis caprus. In spem tamen erectus quasi ab Esculapio aliquid salutare, tabulis resignatis, in ceras aspexit, & simul se oculorum calamitate levatum sensit. Idem cap. 356.

Sacra Esculapio & Hygia.

Bona Val- tudo.

Ejus ima- go cum utriusque.

Imaginum forma & ornatus.

14 Arma Hygia dicabantur, cum felix ex-

exitus ex gravi periculo, ut diximus, 12. Januar. n. 7. de Alexandri Magni armis in Esculapij templo pro salute suspensis. Ibi enim fulgebant Lorica & hastæ culpis. Pro- ditum monumentis est (inquit Rhodigin. 15. cap. 5.) periculo ingenti circumventum in India Magnum Alexandrum quodam proelio, concussis ar- mis, Barbaris visum lumen fundere, monstro se ante illum ostentare. Arbitror fuisse in ex- pugnacione Cyropolis, antequam perve- niret in Tanaim, ubi circumdatus à Bar- baris percussus ingenti saxo; ut videbi- mus, 11. Maij, n. 9. Adi Curtium lib. 7. cap. 6. & Plutarch. in eo. Habuit Escu- lapius præter dicta loc. cit. puteum aquæ per demonis præstigias salutiferum. De illo ait Aristides Rhetor: Jam autem ali- quis, cum è puteo Esculapij bibisset; è muto factus est vocalis; ut qui ex occultis & sacris fontibus, cum biberint, sunt Vates. Addit Pho- tius, pag. 567. Incidit in feminam sacram, cujus natura divina & admirabilis. Aquam enim puram è puteo infundens poculo, videbat in aqua imagines futurorum; quibus inspectis, fu- tura prædicebat. Videtis Jul. Cæsar. Bule- ger. lib. 3. de Ration. divinat. cap. 9. In Hygie sacris conferebatur Maza dulcis, quæ dicebatur Buccella salutaris. Athen. lib. 3. n. 7. & lib. 15. n. 15. Symbolum Eucha- ristie vocat Balthas. Bonif. 9. Histo. lu- dicæ. cap. 7. In novo orbe Deorum simu- lactra ex omnium frugum farragine, hu- mano sanguine macerata, formabantur; ut refert Cortes. 2. Relation. cap. 21.

Alexander tur illi de- dicari ar- ma?

Embolia demonis in Esculapij fanis.

Panis sa- lutaris.

Scipio ma- jor inter Ro- manos pri- mus cur di- citur Cæsar?

Genitus ab incubo.

Ejus gesta.

15 Anno P. C. 571. obiit Linternis P. Cornel. Scipio Major dictus Africanus. Ra- miretius de Prado in Parerg. Primus in- ter Romanos Cæsar fuit appellatus. Ne- catis matribus ortus est auspicio; sicut Scipio Africanus prior, qui defunctâ parente, quoddam ex- cisus utero in diem venerat; primus Romano- rum Cæsar dictus est. Solin. cap. 4. Ab in- cubo genitum, sicut Alexander Magnus, & Augustus Imperator, arbitratur ex plu- ribus AA. Maluenda lib. 3. de Anti-Christ. cap. 4. diximusque conceptum plaudî à Jove sub draconis specie; 21. Januar. n. 6. Obijt & hoc anno Pub. Cornel. Scipio Africa- nus Linternis, ubi & sepeliri voluit & tumu- lum ei ab uxore excitari; ne ejus ossibus ingra- ta patria frueretur. Huic Roma debuit incolu- mitatem, & extractum ex Italia visceribus An- nibalem, cui eiciendo debellandoque par unus fuit: & quem si viciisset Annibal, ut ipse fa- tebatur; se Alexandro Magno anteposisset. Briet. ann. cit. & Saliano.

16 Plures ejus insignia gesta referunt, sed Cornel. Nepos de Viris illustrib. n. 49. epitomen floride textit. P. Scipio (ait) ex virtutibus cognominatus Africanus, Jovis filius creditus; nam antequam conciperetur, serpens in lecto matris ejus apparuit, & ipse parvulo dra- co circumfusus nihil nocuit. In Capitolium in- tempesta nocte eunti, nunquam canes allata- rum: nec hic quicquam prius cepit; quam in Merita. cella Jovis diutissime sedisset, quasi divinam mentem accepisset. Decem & octo annorum, pa- trem apud Ticinum singulari virtute servavit. Clade Cannensi nobilissimos juvenes, Italiam de- ferere cupientes, sui auctoritate compevit: re- liquias incolumes per media hostium castra Ca- nusium perduxit. Viginti quatuor annorum Prætor in Hispaniam missus, Carthaginem qua die ve- nit, cepit. Virginem pulcherrimam ad cujus as- pectum concurrebatur; ad se venire adduci, pa- trique ejus, ac sponso restitui jussit. Asdruba- lem Magonemque, fratres Annibalis Hispaniâ ex- pulit: amicitiam cum Syphace Maurorum Re- ge, conjunxit: Masinissam in societatem rece- pit: victor domum regressus, Consul ante annos factus, concedente collegâ in Africam classe tra- jecit: Asdrubalis & Syphacis castra una nocte perripit. Revocatum ex Italia Annibalem supe- ravit. Viciis Carthaginensibus legem imposuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit; caprumque filium gratis recepit. A Perilio Ateco Tribuno plebis, repetundarum accusatus, librum rationum in conspectu populi scidit. Hac quidem die, in- quit, Carthaginem vici: quasi bonum actum, in Capitolium camus & Dijs supplicemus. In- de in voluntarium exilium concessit, ubi re- liquam egit ætatem. Moriens ab uxore petijt, ne corpus suum Romam referretur. Videtis hic Andream Schott. & Erasmus. Apoph- thegm. lib. 5. n. 2. cum Valer. Max. 4. cap. 3. n. 1.

Continen- tia.

Exon sa- eius volun- tarius.

17 Idem à varijs AA. etsi aliter, refertur. Quod de Olympiade Philippi Regis uxore, Alexandri Magni matre, in histo- ria Græca scriptum est (insit Aul. Gel. lib. 7. cap. 1.) idem de P. Scipionis ma- tre, qui prior Africanus vocatus, memo- ric datum est, Nam & C. Oppius & Jul. Hyginus, & alij qui de vita & rebus Africani scripserunt, matrem ejus diu steri- lem existimatam tradunt, Pub. quoque Sci- pionem, cum quo nupta erat, liberos des- peravisse. Postea in cubiculo atque in lecto mu- lieris, cum absente marito cubans sola ob- dormisset, visum repente juxta eam cubare ingentem anguem, eumque ijs qui viderant territis, & clamantibus, elapsam inveniri non quivisse: idipsam P. Scipionem ad aru- pices retulisse: eos sacrificio facto, respondi- fore

Ars ejus & diaboli in Respu- blicæ impe- rium.

fore ut liberi gignerentur & neque multis diebus postea quam ille anguis in lecto visus, mulierem concepti fetus signa atque sensum pati: exinde mense decimo peperisse; namque esse P. Scipionem Africanum, qui Annibalem & Carthaginienses in Africa bello Punico secundo vicit: sed & cum impendio magis ex rebus gestis, quam ex illo ostento virum esse virtutis divina creditum est. Id etiam dicere haud piget, quod iidem illi qui supra, litteris mandaverunt: Scipionem hunc solitariis noctis extremo priusquam dilucaret, in Capitolium venire ac jubere aperire cellam Jovis, atque ibi solum diu demorari, quasi consulentem de Republica cum Jove; adituosque templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem, canes semper in alios sevientes, neque latrarent eum, neque incurerent. Aliqua praemisimus, 21. Januar. n. 6. Habitus divinus novus Herculis, ut filius Jovis. Ludicrum: melius post gesta acciperet, quam ostentis accepisset.

18. Saniore judicio refert Tit. Liv. lib. 26. à sect. 64. Fuit Scipio (ait) non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam à juvena in ostentationem earum compositus. Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut veluti divinitus mente monita, agens, sive & ipse capti quadam superstitione animi, sive ut imperia consiliaque velut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur. Ad hac jam etiam ab initio preparans animos; ex quo togam virilem sumpsit, nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque ad eum consideret, & plerumque tempus solus in secreto teneret. Hic mos, qui per omnem vitam servabatur, seu consulto, seu temere vulgata opinio- ni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divina virum esse: retulitque famam in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immensis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus saepe visam prodigij ejus speciem; interventuque hominum evolutam repente, atque oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso illusa fides est; quin potius aucta arte quadam. Multa alia ejusdem generis, alia vera, alia simulata admirationis humana in eo juvene excefferant modum, &c.

19. De statua ejus in Capitolio semper fixa, diximus in Prolog. Galeato, §. 8. n. 14. etsi Appian. in Ibericis, dicat: Adhuc in pompis imaginem Scipionis solius ferunt ex Capitolio, aliorum è foro; quia saepe solus inibat in Capitolium, & fores claudebat, quasi ali- quid à Jove doceretur. Eadem Bulenger. 1. de Pictur. cap. 23. De sepulchro lis est inter

Hypocritis in commentationem excellentia.

Ubi sepulchri?

Historicos. Alij dicunt Romae mortuum, alij Linternis Campaniae vico (de quo 16. Septembris, ex Plutarch.) alij denique Cajetae, ubi in marmoreo sepulchro, aneaeque urna haec scripta reperiuntur:

Devicto Annibale, capta Carthagine & aucto Imperio, hos cineres marmore tectos habes. Cur non Europa, non obsitit Africa quondam? Respice (res hominum) quam brevis urna premit.

Plutarch

Triumphus M. Valer. Messalae.

Alia loc. cit. Ab hinc anno 155. à Reusnero hac die signatur triumphus Marc. Valer. Messalae Proconsulis ex Gallia. Verum fallitur. Tabulae enim Capitolinae, & Goltz. in Fastis, pag. 204. signant 25. Septembr. uti videbimus.

20. Ab hinc anno 22. post triumphum concessum Tiberio Claudio secundum Cos. ab Augusto, interventu matris Liviae; de quo actum, 11. Februar. n. 8. Augustus Imperator, ut Caij & Lucij Caesarum audaciam reprimeret, qui in nobili fortuna educati majores animos sumebant, petitis etiam ante tempus consulatibus; Tiberio Claudio Neroni in quinquennium Tribunitiam potestatem concessit, simul & Armeniam deficientem mandavit; quo Caesarum iram in Tiberium accendit. Hanc ille natura sagax subodoratus, fecerit Rhodum, quasi disciplinae causa; revera ut se eorum oculis & manibus subduceret, quos norat cuncta impune posse. Erant enim nepotes Augusti, ex M. Agrippa & Julia, quos asse & libra emit à patre (quid hujusmodi formula; diximus, Tom. 3. T. 9. n. 2.) tenerosque adhuc ad curam Reipublicae admovit, & Cos. designatos circum provincias exercitatusque dimisit. Sueton. in Augusti. cap. 64. & hic multa Casaubon. Exposuit Tacitus: Genitos Agrippae Cajum & Lucium (ait 2. Annal. cap. 17.) in familiam Caesarum induxerat: necdum posita puerili praetexta, Principes juventutis appellari, designare Consules specie recusantis flagrantissime cupiebat. Haec Tiberius cavens, in Rhodum recessit, maximè cum aemulum haberet Agrippam; ut idem refert lib. 6. cap. 51.

Tiberius Nero vocat & quere Rhodum?

Ejus calliditas.

21. In insula mansit per octo annos, ut ait in eo Sueton. ibique multa indigna pertulit ac callidè simulavit vel confictatus. Inter contumelias sustinuit insolentiam Diogenis Grammatici, qui Sabbatis ibi disputare solebat, & Tiberium ad se advenientem, ut ipsum extra ordinem audiret, non admisit, sed per servulum illi dixit, quod veniret post septimum diem. Is cum

cum Romam venisset, & pro Caesaris foribus adstaret, cupiens Tiberium salutare; per nuncium illum jussit, post septimum annum venire. Festivè arrogantiam vel rusticitatem ultus est, vel dum erat in throno; quod quidem alienum ab ejus saevissimo genio. Erasim. Apophthegm. lib. 6. in eo, n. 6. Ab ingressu Tiberij in insulam ann. 42. & V. C. 790. fato functus hac in die. Sueton. in eo, cap. 73. & Briet. qui ait, obiisse, cum Trajylus Mathematicus decem annos vitae promiserat, & Tacit. d. cap. 50. à Macrone dicit interfectum injectu multae vestis. Alij suffocatum fuisse à Caligula, vel veneno adhibito. Joseph. 18. Antiq. cap. 8. Huic mortuo populus & Tiberium & Gemonias scellas imprecatus est; quas toties innoxio sanguine funestarat: & majori etiam flagrasset apud posteros odio; ni natricem, ut ipse de Caligula praefagebat, fovisset sinu, & tuccestorem declarasset: in quo sanè ostendit natura quid vitia possent cum summa auctoritate conjuncta: igitur in orbe nec melior servus inventus est, nec deterior dominus; uti patuit in imperio.

Mors.

Caligula indoles.

Ostenta in Tiberij sinu.

Ejus draco.

Apollo Temens.

Stadius.

Ignis Tiberij omen exaltationis & casus.

ut arridet Suetonio cap. 75. Brevi vitam moreque refert Cornel. Tacit. 6. Annal. cap. ult. Morum tempora illi diversa: egregium vitam famaque, quoad privatus, vel in imperijs sub Augusto fuit: occultum aut subdolum fingendis virtutibus. Idem inter bona m.d.que mixtus incolumi matre. Ejas instabilis sevitia, sed objectis libidinibus, dum sejanum dilexit, timuit. Postremo in scelera simul & dedecora prorupit, postquam remoto pudore & metu, suo tantum ingenio urebatur. Hujus statua, quantumvis abominabilis cunctis, constituta & erecta in noxiorum asylum. Erat asium Tiberij, statuque sanctiores illis in locis venerabiles, quum Jovis Olympij simulacrum habebantur; na ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod servum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberij imagine signatam gestabat. Philostrat. 1. de Vit. Apollonii, cap. 11. In ornatum praesentis diei signat etiam Buccelin. ludos Lustrales Martijs, quibus aquilae arma & tubae lustrabantur. De tubis diximus, die 23. num. 11. de Armis, agendum, 24. April.

Mores.

Statua ejus asylum.

Ludi Lustrales, Martijs.

23. Inter Graecos maximè Spartae sacra Risui. K. Graec. & tempus signat Coelius Calcagninus in Risus enim. apud Doraav. in Amphitheatr. & Gyrard. synagm. 1. n. 86. quod sacrum imitata Roma.

Sacra Risui.

Vernis intexens floribus arva Risibus & grandes mirata est Roma cacin- nos.

Calcagninus.

Aedituum debebant Lacones constituere Democritum, Senes convenebant in laudem honestarum rerum (ait Plutarch. in Lycurg.) aut vituperationem turpium, cum joco & risu: admonitionem mistam habent, ad correctionem comiter. Nec enim usquequaque erat austerus Lycurgus. Ab eo dedicatum Risus simulacrum; ut qui jocum quasi condimentum severa vita rationis opportune convivijs, idque genus conventibus immiserit. De Tibarenis ex Ephoro Rhodiginus, 18. cap. 30. scribit, Lusum ample- xari in primis ac risus; quod in ijs maximam felicitatis partem arbitrentur constitutam. Idem Ravil. Textor, 7. Officin. cap. 48. & Gyrard. d. subdit: Thessali huic Deo Risui quotannis rem divinam in summa letitia faciebant. Canit qui supr.

U. Numen habitus.

Moror abi: subeat Risus: mihi pectora Risus impleat, & laeto saliant praecordia Risu. Risus enim Divum atque hominum est aeterna voluptas.

Idem.

Quin etiam fuerat sanctus lege Lycurgi, &c.

24. Haud Apulejum fugit hujusmodi amentiae commendatio. Solemnis dies, dixit Byrbena, à primis cunabulis hujus Urbis, Cccc bis,

22. Signa tanquam prognostica mortis, plurima habuit majoris formidinis, ejusdem respectu superstitionis. Erat ei in oblectamenti serpens draco (de quo 1. Februar. n. 13.) quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum formicis invenisset; ostento territus, monitus est, ut vim multitudinis caveret. Imaginem Apollinis speciosissimam, quam Verres furari decreverat (ut ait Cicero in illum Accusat. 4.) è Temeno vico in Syraculis Romam devexit, & ei templum erexit, vel ut alijs placet, ut collocaret in Jovis bibliotheca: sed in somnijs audivit vocem sibi affirmantem, Non posse se ab ipso dedecari. Etiam in ejus terrorem ostentum aliud contigit: nimirum, turrim Pharum, quae adinstar Alexandrinae, Capreis erat, terramotu concidisse. Sueton. d. cap. 74. quò Lips. ex Papinio, subdit: Trepidis ubi dulcia nautis Lumina noctivaga tollit Pharus amula Luna. Cinis è favilla (ait Jul. Caesar Bulenger. de Divin. lib. 3. cap. 11. sed excerptit ex eodem Suetonio, d.) ad calefaciendum Tiberij cubiculum illatus, exinctus: & jam frigidus exarsit repente prima vespere & in multam noctem luxit, mortem Tiberij portendit. Si causa quaeritur, nulla alia, nisi quòd ejus imperij prognosticum fuit ignis in aris spontè exiliens, ut videbimus, 20. Augusti. Extra Romam sepultus, qui in Amphitheatro semivultus, quippe per milites deportatus, Tom. 1. Ephem.

bis, *craftinus advenit*: Risum hilari atque gaudiali ritu propitiatus: hunc tua praesentia nobis efficiet gratiorem. Atque utinam aliquid de proprio lepore sacrificum honorando Deo comminiscaris; quo magis plenusque tanto Numini litemus. Ita Apulejus, 2. *Metamorph.* in fin. Beroald: hic haecine sacra appellat *Hilaria Romana* (de quibus egimus die 25. à n. 17.) additque: *Antiqui Hilaritatis praesidem & gaudij Risum vocaverunt, quem Graeci Gelora nuncupant. Risus Deus hilaritate & gaudio ac ridiculis rebus erat propitiandus; illique ad festivitatem celebrandam merito vocabantur, qui urbanitate & salibus pollentes, ad risum facile provocarent. Alij larvati studebant scommatibus, vecti curribus, figuris deridiculis, non lepore, sed adiatrepia tincti vel imbuti, non salibus sed pipere disteriorum referti. Unde de pro-cacibus proverbium, E plausro loquuntur: de quo Erasmus. *chiliad.* 1. *Centur.* 7. n. 73. *Agendum in Lencis*, 1. *Novembr.* & in *Eleusinis*, 14. *August.* Hac de causa portabatur *Herba scelerata*: *Græcè*, *Ephesion*; *Latinè*, *Auriconum*: de qua Apulejus, de *Virtutib. herbar.* cap. 8. *Siquis homo eam gustaverit; ridendo exanimatur.**

25 *As stipulatur* *Stuck.* dicens de *Sacrif. Gentil.* cap. 42. Et *Risum Deum* fecerunt, ac coluerunt sub *Ridiculi*, sed *Ridiculi Dei* nomine, cui extra portam *Capenam* sanum ei construxerunt *Romani*; & *templa Lacedaemonij* dicantur, cum festo *Leitia*: de quo pridie, n. 17. *Cur Deo* hujusmodi nomen; dicemus, 11. *Septembr.* n. 5. ex *Festo*, lib. 16. *cujus etiam meminit Rosin. lib. 2. cap. 21.* *Jocus ergo*, qui fomes in *Risum*, pingitur (à *Chartar.* de *Imagin.* pag. 344.) *puer nudus, alatus, myrtoque coronatus, qui humi sedet, ac barbiton pulsat. Ante hunc alius puer, ei similis, rectus stat, curaque inspicit, ambabus manibus in altum elevatis, comam una cum facie muliebri tenens, ex qua pannus usque ad mediam comam pendet* (*Hispan. Coco.*) *faciei inscriptio est, Jocus. Ravil. Textor, 1. Officin.* cap. 10. inquit: *Apud Lacedaemonios templa Timori, Risui & Morti dicata sunt. Sumpsit prorsus ex Plutarcho in Cleomene, ubi dicit: Lacedaemone non Metus tantum, sed Mortis etiam & Risus fana sunt. Colunt autem Metum; non eo modo quo noxios genios abominantur, sed quod eo Republica ausus contineri arbitrantur. Rationale utique quod metus laesionis legis habeatur, longè ab illo quo conscientia iniqua torquetur. Hic signabatur per aquam Stygiam apud Ethnicos: unde Jupiter apud Ovid. 3. *Metamorph.* fab. 3. *Semele* dicit:*

Aqua Stygia Metus Symbolum.

Quodquo magis credas, Stygij quoque conscia sunt
Numina torrentis: Timor & Deus ille Deorum est.
 Hinc sacra *Pavori & Pallori*, de quibus ex *Augustin.* 4. *Civitat.* cap. 23. ad diem 26. *Maij.* 26. *Mortem etiam Romani coluerunt. Observat Seryius ad illud Virgilij, 6. Aeneid. v. 197.*
Multa hominum circa mactantur corpora morti. *Virgil.*
 De ejus figura & situ *Statius*, 4. *Thebaid.* à v. 217. *In scopulis Mors seiva sedet: Stygij enissa tenebris Mors fruitur caelo. Stuck. d. cap. 50. Mortis Numen & Dea fuit Morta* (inquit) *cultra quidem olim à Lacedaemonijs & Hispanis; apud quos templa illi dicata atque consecrata fuerunt, potissime vero in urbe Gaderæ. Cui addi possunt quasi minime parentes, Parca: alio nomine Fata dicuntur* (*Plato, 10. de Republ. vocat Necessitatem. Alij signant Providentiam, de qua 30. Januar. n. 5. & 8.) unde Dea fatales; quarum officia sicut à Poetis distinguuntur, ut velint, unam esse, que vitam hominis ordiatur, aliam que contextat, ter-tia que filium rumpat, aut finiat. Has igitur quoque cum Morte, seu Deas coluerunt & venerati sunt Ethnici. Idem apud Chartar. d. pag. 202. praeter quæ diximus, 9. Januar. n. 15. Parca dicta à pariendo, sed quia qui natus est, mori quoque debet; earum tertia Morta fuit appellata à Morte, quam ea homini credebatur asserre. Hic vitæ fufus. Appianus in *Antiquarijs*, quia (ut ait *Manil. 4. Astron. cap. 1. v. 16. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet*) astruit in *Parcarum* imaginem circulum, quo includebatur *adolescens quidam nudus supra parvum fedile, qui utraq; manu oculos faciemque contegebat, in frontaque scriptum Clotho. Ad pedes ejus puer alter alatus, nudus quoque qui dextrâ genu tangebatur, & sinistra calvariam, habens os in ore; qui vocatus, Lachesis, & nomen Calvaria Atrapos. A pueri dextra flamma, & propè cum herbis flores: at solum aridum sale aspersum. In medio Thanatos, id est, Mors cum suis Parcis, ex quibus Lachesis signat praeterita, praesentia Clotho, Atrapos vero futura canit, fufumque devolvit: eisque ac Morti adolebatur manna thuris, ut praescribit Orpheus in Hymn.**

27 *Harum Maxima dicebatur Venus, ut ibid. ait Chartarius; vel propter cautionem vel propter respicientiam: equidem nunquam vividius exprimitur Venus, quam per Parcarum effigiem & ornatu. Hinc inter Romanos usus, ut in templo Veneris*

Ovid.

Virgil.

Mors Dea & Morta.

Parca, & carumina-gines.

Parca maxima Venus.

Libitina. Libitinae continuè patebat fatale feretrum, eò quòd *Libitina Venus* esset, in cuius fano sepulchralia insignia custodirentur; ut coram oculis esset quid finis & vita hominis: per *Venerem* *Genitricem* vita prorsum habetur; & amittitur per *Venerem* *Mortem*, *Parcarum* maximam: initio atque fini idem Numen. Apud *Aegyptios* *Venus, Mors & Victoria* dicebatur *Nephe*; ut dicemus, 30. *August.* Vide quæ exposuimus, die 23. n. 3. *Imago ergo Morta* erat foeminae fera truculentà immanioris, dentibus curvis, aduncisque unguibus. *Pausan. cap. 149. & Chartar. d. fol. 203.* Hinc proposito nostro canit *Claudian. 1. de Raptu Proserp.* à v. 51.

— *Quarum sub jure tenentur*
Omnia, quæ seriem factorum pollice ducunt,
Longaque ferratis evolvunt sacula pensis.
Primaque Lachesis clamabat talia Regi,
Incultas dispersa comas: O maxime noctis
Arbiter, Umbrarumque potens, cui nostra la-
borant
Stamina, qui finem cunctis & semina prabes;
Nascendique vices alternâ morte rependis;
Qui vitam lethumque regis, &c.

28 *Hoc intuitu Mortem Ethnici collo-*
carunt cum Nania Dea, sed funerum. Ejus
facellum extra portam Vinalem dicatum.
Rosin. 2. cap. 19. Augustin. 6. Civ. cap. 9. per
Naniam intelligit exitum vitæ hominis jux-
ta Varronis sententiam. Ipse Varro (4. de
Vita pop. Rom.) enumerare Deos cepit à concep-
tionem hominis, quorum numeros exorsus est à Ja-
no, eamque seriem perduxit usque ad decrepiti
hominis mortem; & Deos ad hominem pertinen-
tes clausit ad Naniam Deam, quæ in funeribus
senum cantatur. Hæc Augustin. quem Gyrard.
sequitur d. n. 81. Nania (ait Feitus, lib. 12.)
est carmen, quod in funere laudandi gratia can-
tatur ad tibiam. Alex. ab Alexandr. 2. cap. 4.
Naniae facellum, quòd cantu querulo funeribus
praesert: & lib. 3. cap. 7. Nania à praescis, quæ
cantu & funebri carmine lamentarentur, vitam-
que & praclara gesta, summasque virtutes non
sine miseratione laudarent. Nonnunquam mimos,
qui personas effingerent, adhibebant. Plura di-
ximus de hujusmodi more, & insanijs præ-
ficarum à quibus Nania; Tom. 2. T. 7. à
n. 13. In funeribus apud Romanos dice-
batur hujusmodi dementia eximia funeris
pompa. Ibi à muliere, quæ optimâ voce es-
set, per quam laudari; deinde Naniam canen-
ti solitam ad tibias & fides. Proprio sanè
nomine Nania, id est, ineptiæ; ut ait
Crinitus: Frustrâ inerti lachrymans Nania:
& Nonnius, Nania dicitur quod ineptum &
Tom. 1. Ephem.

Libitina.

Genitrix.

Imago Mortis.

Claudian.

Cum Nania Dea.

Quid in funeribus?

futilitate insulsum. Ita praefica carmen, quod ad-
ducta mulier, ijs quibus propinqui non erant, mortuis
cantabat. Ita quidem Risus jungebatur Mori:
et enim adstantibus, ex mortui memoria
quod excitabat fletum, ex ineptijs praefica-
rum desinebat in risum.

29 *Nihil mirum, si inter Ethnicos, qui-*
bus in risum mors, sicut Tartarus, de qui-
bus saepe in nostris Tantal. Mirum quòd in-
ter Catholicos (ni tropologicè in melio-
rem sensum retorqueatur, quod fecimus,
Tom. 5. T. 9. D. 3. n. 6.) maxime tristitiæ
tempore, justique mœroris. In medio Quo-
dragesimo, quo quidem tempore Ecclesia nos ad laci-
tium adhortatur (ait Joann. Boëmus, de Morib.
Gentium, lib. 3. cap. 15.) juvenus ex stramine
imaginem contextit, quæ mortem ipsam, quem admo-
dum pingitur imiteretur. Inde hasta suspensam, in
vicos pagosque vociferans portat. Ab aliquibus
perhumaniter suscipitur; & lacte pisit siccatisque
pyris refecta, domum remittitur. A ceteris, quia
mala rei (utputa mortis) prauincia; nihil per-
cipit, sed armis, sed ignominia etiam adfecta à
finibus repellitur. Eodem tempore & talis mos ob-
servatur. Intextitur stramine vetus una lignea rota,
atque à magno juvenum cœtu in editiorem montem
gestata, post varios lusus, quos in illius vertice
illi totâ die, nisi frigus impediatur, celebrant; cir-
citer vesperam incenditur, & ita flammans in
subjectam vallem ab alto rotatur: stupendum cer-
rè spectaculum prabet, ut plerique qui prius non
viderint, Solem putant aut Lunam de caelo des-
cendere.

30 *Dionys. Lebeus Batill. Emblem. 1.*
in Parcarum figura, ut supr. n. 26. Mortis
conditionem atruit; & multijugâ eruditione
confirmat, mortem longè aut propè
quemque manere. Etiam Emblem. 3. in horo-
logio solari symbolum promit luccinens:
Sic quæ hora Solis sectatur ut umbra fugaces,
Mors omnem ad vitæ flectitur umbra notam.
Achill. Bocch. symbol. 142. lucernam ar-
dentem & extinctam, inter utramque pen-
dente perpendiculari; signat graphicè, vitam
felicem pendere ex morte atque morrem
ex norma tranfactæ vitæ.

Hæc erit certissima notio: vitæ
Optima libra. Benè est vitæ beata mori.
Idem per lucernam, Pier. Valer. expressit,
lib. 46. cap. 5. Eisedones (de quibus Plin.
lib. 6. cap. 7. & 17. ubi aquam maris dulcem
esse & Alexander Magnus prodidit, & Mar.
Varro talem perlatam Pompejo; juxta res ge-
neri Mitridatico bello, magnitudine absconditè
insipientium annium victo sale) nullum aliud
simulacrum, nisi hominis calvariam ven-
nerabantur; ut observat Chartar. ubi supr.

Quare dicebatur Risus?

Conditio mortis advenientis.

Rota igitur.

Symbola mortis & vitæ.

Lebeus Batill.

Achill. Bocch.

Calvaria culta nisi Numen.